ἥττω μὲν, ἐν αὐτοῖς ἐχόντων τὴν ἀρχὴν τῆς αὐξήσεως σφοδρὰν, ἧττον δὲ, οὐ κωλυομένων ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ψυχρότητος, εἰκότως δὴ πολὺ τῆς αὐξήσεως ὀπισθέχοντες. οἱ δὲ πρὲς ἡμᾶς, ἧττον, διὰ τὸ ἐλάττω τε ἔχειν τὴν ἀρχὴν ἐν αὐτοῖς, καὶ διὰ τὸ εὖν ἐν τοῖς ψυχεροῖς συμπλεῖσθαι. θ Διὰ τί μακρόζωοι μᾶλλόν εἰσιν οἱ ἐν τοῖς θερμοῖς τόποις οἰκοῦντες, ἢ διὰ τὸ ξηρότερον ἔχειν τὴν φύσιν τὸ δὲ ξηρότερον, ἀσαπέστερον ἐστὶ καὶ πολυχρονιώτερον· τὸν δὲ θανάτον, δοῦ σήμεῖν τινα ἔστι, ἢ διότι ὁ μὲν θανάτος ὅτι φύσις τῶν ἐντὸς θερμοῦ· καταψύχεται δὲ παῦ ὑπὸ τῶ περιέχοντος καὶ ψυχροτέρου; ἔστι δὲ ὁ περιέχων ἀὴρ, ἐν μὲν τοῖς ἀλεεινοῖς τόποις, θερμὸς· ἐν δὲ τοῖς ψυχεροῖς, ψυχρός· ὥστε θᾶττον καὶ μᾶλλον φθείρει τὸ ἐν αὐτοῖς θερμόν. ι Διὰ τί οἱ ἐν τοῖς θερμοῖς τόποις, μακροβιώτεροι; ἢ ὅτι μᾶλλον τὸ θερμὸν καὶ ὑγρὸν σώζουσιν; ὁ δὲ θανάτος, ἢ τούτων φθορά. ια Διὰ τί ἐν τοῖς ἑλώδεσι τόποις ὑπνωδέστεροι γινόμεθα; ἢ ὅτι κατεψυγμένοι μᾶλλον ἐν αὐτοῖς ἐσμεν; ἢ δὲ καταψύξις, ἡσυχία τις οὖσα, παρασκευάζει εὖ ὕπνον. ὁ δὲ ὕπνος, ἐν τῶ ἡσυχάζειν παραγίνεται. ιβ Διὰ τί οἱ ἐν τοῖς πλοίοις, δύχροοι, ὅτι ὕδατος διαπνεόμενοι, μᾶλλον τὸ ἐν τοῖς ἕλεσι; ἢ ἢ ὤρα καὶ τὸ δύπνοιον ἀέπνον; ὡχροῖς δὲ τὸ ὕδωρ ποιεῖ, ὅταν σήπηται· ὁ πάχος δὲ ἀκινησίαν· διὸ ἐν τοῖς ἑλώδεσιν ὀπωχροι. ιγ Διὰ τί ἐν τοῖς χθαμαιοῖς χωρίοις πνίγη σφοδρὰ γίνεται πολλὰ, καὶ μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς ὑψηλοῖς; πότερον διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς ἀέρος; ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς θερμότητος, ὕδωρ θερμότερον γίνεται τῆς ἀέρος· ὥστε καὶ ὁ ἀὴρ ὑγρότερος τῆς θερμοῦ. ἢ οὐδὲ ὅτι ξηρότερος ὁ ἀὴρ ἐν [τοῖς τόποις] τοῖς τοιούτοις, δηλὰ φαίνεται παρὰ τὸ ἐναντίον; ὥσπερ ὁ ἐκ νεφέλης ἥλιος, παρὰ τὸ ἐκ τῆς σκιᾶς ἐπιγανέστερος· ἢ διὰ τί οἱ πρὸς μεσημβρίαν οἰκοῦντες, μᾶλλόν εἰσι μελανόφθαλμοι; ἢ γλαυκὰ μὲν ὅτι τὰ ὄμματα, δι' ὑποβολῆς τῆς ἐντὸς θερμοῦ· μέλανα δὲ, διὰ τὴν τούτου ὑποτοιάνσιν; ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησι. καθάπερ γὰρ ὅσοι τῆ πρὸς ἄρκτον οἰκοῦντων, γλαυκὰ ὄμματα ἔχουσι, διὰ τὸ ἐκτὸς θερμὸν κωλύεσθαι διεκπίπτειν, διὰ τὸ ἐκτὸς ψυχρόν· οὕτω τῆ πρὸς μεσημβρίαν οἰκοῦντων, τὸ μὲν ὑγρὸν, διὰ τὸ περιέχον θερμὸν, οὐκ ἐκπίπτει [τὸ δὲ θερμὸν, μηδενὸς αὐτῆ φεύγοντος, ἐκπίπτει·]

A Cùm igitur alteri principium inter se vehemens augendi obtineant, alteri nullo extremo frigore impediantur, meritò vtrique augeri possunt plenius. Homines nostræ regionis augeri ideò minus possunt, quòd & principium illud in se imbecillius continent, & frigore aliquantisper constipantur. 9 Cur diutiùs viuunt, qui locis calidis suam degunt ætatem? An quia natura sunt sicciore: firmius autem, B diuturniúsque, quod siccius est: mors autem putredo quædam est. An quòd mors, caloris interioris refrigeratio est. Refrigerari autem omnia solent ambientis aeris qualitate. quia vt locis calidis calet, sic frigidis frigetitaque interiorem calorem ocyus, magísque corrumpit. 10 Quam ob causam qui calida loca habitant, viuere diutius possint? An quod humorem, calorémque amplius seruant, quarum rerum interitus mors est. 11 Cur locis palustribus effici somnolentiores solemus? An C quòd magis in his ipsis refrigeramur: refrigeratio autem, cùm requies quædam sit, somnum nobis conciliat, qui inter quiescendum solet accidere. 12 Cur qui in nauibus degunt, quanuis in aqua, coloratiores tamen sunt, quàm qui in paludibus? An loca commodè aspirata coloris præbere hilaritatem possunt. Pallidos autem humor efficit, cùm putrescit, quod D euenire immobilitatis causa solet: quam ob rem subpallidi sunt, qui loca palustria colunt. 13 Cur locis hybernis æstus fieri vehementiores, quàm tepidis, soleant? Vtrum propter nimium aeris humorem. Enimuerò caloris opera eiusdem aqua reddi potest calidior, quàm aer: ergo aer quoque humidior aerius, quàm tepidus ille, recalescere potest. An non E calidior aer locis huiuscemodi est, sed esse ob vehementiam qualitatis contrariæ videtur, quomodo Sol, cùm è nube illuxit, calidior esse ob contactum vmbræ videtur. 14 Qua de causa, qui Meridiem versus habitant, nigris oculis potius nascuntur? An quòd vt oculi cæsij caloris interioris exuperantia redduntur, sic eiusdem absentia nigri efficiuntur, vt Empedocli etiam placet. Ergo quemadmodum qui Aquilonem versus positi sunt, F oculis cæsiis ideo nascuntur, quòd calor interior effluere à frigore exteriori vetatur: ita qui ad Meridiem vergunt, continent quidem suum humorem propter aeris circunfusi teporem obuium, sed calorem continere non queunt, quod nihil extrinsecus est, quod obsepiat, atque arceat.